BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 201r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



EVS

in templo sabbatum violant. et sine
crimine sunt. Dico autem vobis:
quia templo maior est hic. Si autem
sciretis quid esset misericordiam volo et non
sacrificium: numquam condempnassetis
innocentes. Dominus enim filius ho
minis est. etiam sabbati. Et cum inde
transisset ihesus: venit in synagogam
eorum. Et ecce homo manum habens ari
dam. et interrogabant eum dicentes. Si
licet sabbatis curare: ut accusarent
eum. Ipse autem dixit illis. Quis erit
ex vobis homo qui habeat ovem unam.
et si ceciderit hec sabbatis in foveam.
nonne tenebit et levabit eam. Quan
tomagis melior est homo ove. Itaque
licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini.
Extende manum tuam. Et extendit.
Et restituta est sanitati sicut altera.
Exeuntes autem pharisei: consilium fa
ciebant adversus eum. quomodo eum
perderent. Ihesus autem sciens. recessit inde.
Et secuti sunt eum multi. et curavit
eos omnes. Et precepit eis ne eum
manifestum facerent: ut adimpleretur
quod dictum est per ysaiam prophetam dicen
tem. Ecce puer meus. electus quem
elegi: dilectus meus in quo bene com
placuit anime mee. Ponam spiri
tum meum super eum. et iudicium gen
tibus nuntiabit. Non contendet neque
clamabit: neque audiet aliquis in
plateis vocem eius. harundinem
quassatam non confringet. et linum fu
migans non extinguet. donec ei
ciat ad victoriam iudicium. et in nomine
eius gentes sperabunt. Tunc oblatus
est ei demonium habens cecus et mutus.
et curavit eum ita ut loqueretur et videret.
Et stupebant omnes turbe et dice
bant. Numquid hic est filius dauid.

Pharisei autem audientes dixerunt. Hic
non eicit demones. nisi in beelzebub
principe demoniorum. Ihesus autem sciens
cogitationes eorum dixit eis. Omne reg
num divisum contra se desolabitur. et
omnis civitas vel domus divisa
contra se non stabit. Et si sathanas
sathanam eicit: adversus se divisus
est. Quomodo ergo stabit regnum eius:
Et si ego in beelzebub eicio demones:
filii vestri in quo eiciunt. Ideo ipsi iu
dices vestri erunt. Si autem ego in spiritu
dei eicio demones: igitur pervenit in vos
regnum dei. Aut quomodo potest quisquam
intrare in domum fortis. et vasa eius
diripere. nisi prius alligaverit fortem. Et
tunc domum eius diripiet. Qui non
est mecum. contra me est. Et qui non col
ligit mecum dispergit. Ideo dico vobis.
Omne peccatum et blasphemia remit
tetur hominibus: spiritus autem blasphemia
non remittetur. Et quicumque dixerit ver
bum contra filium hominis: remit
tetur ei. qui autem dixerit contra spiritum sanctum:
non remittetur ei. neque in hoc seculo.
neque in futuro. Aut facite arborem
bonam. et fructum eius bonum: aut faci
te arborem malam. et fructum eius
malum. Siquidem ex fructu arbor
cognoscitur. Progenies viperarum. quomodo
potestis bona loqui cum sitis ma
li: Ex habundantia enim cordis os lo
quitur. Bonus homo de bono the
sauro cordis sui profert bona. et ma
lus homo de malo cordis sui the
sauro profert mala. Dico autem vobis:
quoniam omne verbum ociosum. quod locuti
fuerint homines. reddent rationem
de eo in die iudicii. Ex verbis enim
tuis iustificaberis. et ex verbis tuis
condempnaberis. Tunc renderunt ei